

taneo quod vadat in berbante (*Brabante*). Et si contigerit obtineri dicta duo capitula faciat capitaneus portum in brozos et non possit scedere de clusa pro bono et conservatione galearum et gentis nostre.

Item quod bona hominum Veneciarum per aliquam dominationem vel officiales non possint nec debeant impediri nec molestari et si haberent intentionem faciendi, teneatur per medium annum ante facere notum nostris Venetis inde ut possint sibi providere et quod infra dictum terminum ipsi Veneti cum personis et rebus libere valeant inde recedere sine impedimento vel aliqua lesione. Et si contingerit contrahi aliquod debitum vel aliud enorme commissum, quod non possit Venetus arrestari nisi primo citetur coram eschabinis ad suam defensionem faciendam vel si dederit plezariam de stando juri.

Si vero aliquis Venetus decederet vel committeret tale qd. quod requireret casum mortis, quod bona defuncti deveniant in manibus nostri consulis nec possint impediri nec sequestrari sed contra personas tantum delinquentium procedatur et fiat justitia sicut requireret excessus.

Item quod in clusa galee, homines Veneti et bona conserventur et custodiantur et si contrarium fiat, quod absit, emendetur per totum comitatum Flandre credendo verbo dannificatorum.

Item quod non fiat aliqua credentia per illos deinde nostris soldatis galearum de aliqua re et si fieret non fiat sibi ratio.

Item quum sunt alique mercationes de quibus solvuntur multa coracea sive sanserie ultra id quod iustum est et rationabile, quod committatur quod supra inde fiat et obtineatur sicut melius fieri possint pro bono mercatorum et mercationum.

Item obtineatur alia capitula que alias obtenta fuerunt (1) cum dominatione deinde et quod ipsum, consul fiat ibi qui omnia faciat observari ut nostra valeant in amore permanere cum illis de ipsis partibus.

Capta.

Quod concedatur dictis galeis Flandre quod possint in maioricis levare angnolinas (2) barbareschas non obstante quod habeant pro havere subtile.

(1) Dal che si vede quanto antiche dovessero essere le relazioni colla Fiandra.

(2) Pelli d'agnello.